



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 2. Christus in SS. Sacr. colendus, quomodo à Dei Matre cultus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

bona: hic avaritias omnes, exercere, hic accelerare, ^{Angelo}
hic prædari, hic spolia detrahere licet, modo liberum in cælo
quantum enim libet, tantum licet.

EXERCITIUM II.

Christus in SS. Sacr. colendus, quomodo
Dei Matre cultus.

1. STatue te coram SS. Eucharistiae Sacramento
atque in eo IHSUM Christum DEUM Hominem realiter præsentem agnosce, confitere,
venerare.

2. Ad id pleniū, digniusque præstandum
ascisce tibi in auxilium, & in exemplum Pretiosissimam Dei Hominis genitricem, ut quo affectu
illa, (fidei, spei, charitatis, devotionis, reverentiæ, gratitudinis, teneritudinis, &c.) Deum
in carne præsentem coluit, eodem quoque tam in substantiâ, eundem Deum, in eadem
carne realiter, esto invisibiliter præsentem colas.

3. Coluit Pretiosissima Parens JESUM in suis visceribus, manentem, coluit ex se genitum, in præsepio reclinatum, in ulnis & sinu suo positum, ad ubera pendentem; coluit secum ad annum etatis trigesimum manentem, sibique subditum, coluit docentem, miracula patrantem, in Sacramento Eucharistiæ sese includentem, & offerentem: coluit patientem, in cruce pendentem, mortuum, in sepulchro positum, à morte redivivum: coluit in dexterâ Patris super cælos confidentem: coluit in Sacrificio altaris permanens discipulorum immolatum: coluit in Sacramento Eucharistiæ illum recipiens: coluit in horâ sua in cælum Assumptionis sibi occurrentem, seque su-

ccelerant per Angelorum choros exaltantem: colit nunc
dò liberam in cælis secum regnantem, & in terris sese
nro ministerio super altare sacrificantem, no-
isque in cibum, & potum, & viaticum sese ex-
ibentem, atque etiam inter nos Sacramentali-
tatem habitantem.

4. Hos omnes Pretiosissimæ Parentis cultus
dilece tu, & exhibere JESU Christo in Sacratissi-
mamento Sacramento confuesce: in omnibus enim
Hoc circumstantiis, suo modo JESUS tuus, sese tibi
confitere communicat: tanto etiam familiarius, simpli-
citer, dignantius, quanto & tua à puritate, ab ex-
standum dilectioni, à devotione, à prærogativis Matris
Pretiosissimi distas remotius: & ipse Dominus JESUS
affectionate tibi per hoc Sacmentum, sacrificiumque
communicatione, gerit se humilius, atque
Deum amissius.

5. Institue comparationem Dignationum
Confiti, erga Matrem, & erga Te. Conceptus
Matre semel: conceptus à te millies: latuit in
Matri viscere novem mensibus: latitat in tuis
ceribus ab omnibus tui Sacerdotii annis.
Accedit illa genitum ex se: te lactat ille geni-
tus: illa eum pavit, ille te pascit. Mater habuit
JESUM: habes & tu obedientiam lon-
gitudinum, & mirabilius. Mater Filium ma-
tutus gestabat: tractas & tu eundem manibus
tuos. Osculabatur illa filium, tu illum, etiam
manducas. Josepho illa, Simeoni seni, Anna
prophetissæ, & aliis paucis JESUM tractandum
abat: tu eundem, (fructum etiam consecra-
tionis, tanquam generationis tuæ) aliis, & tra-
ctandum, & adorandum, & manducandum præ-
sens, atque offers. Maria Mater filium JESUM

Q 2

foliâ

244 Ex. III. Christus in Euchar. colendus

solâ Voluntate Patri ad redemptionem Mundum obtulit; tu verò reali, patriâ, Divinâ, seu Patre æterni (penè dixerim) potestate, ipsi æterno Patri immolas: Christi etiam ipsius fæse immolantis personam sustines: quod Matri aliquando licuisse, non legimus.

6. Ergo ex arde sc̄e maternis affectuum ignibus: maternis quoque Virtutum actibus, JESU in Eucharistiâ venerare.

P R A X I S.

JESU, in Sacratissimo, Augustissimoque Sacramento præsens, assumo mihi ad amorem, ad venerationem, ad exaltationem tui, Pretiosissimæ Parentutæ affectus omnes, & singulos. O si eos ad eum imitando possem: & omnes illos, ipsius instar ergo te profundere! fateor certe mi JESU, me Tibi, etiam majorum in te affectuum esse debitorem, quam Sacratissimata Mater fuit: quippe majoribus me dignatus es, dignarisque per misericordiam tuam dignationibus, atque miserationibus. O Mater, tu mihi concede lumen intellectus tui: concede mihi flammam voluntatis tuæ, ut respondeam profusissimis Filii super me misericordiis.

EXERCITIUM III.

Christus in Euchar. colendus ad Exemplar Angelorum.

1. Statue te coram Sanctissimo Eucharistio Sacramento: & in eo JESUM Christum Deum Hominem realiter præsentem agnoscere, confitere, venerare.

2. Ad hoc dignius præstandum, assume th